

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Marchionum Badensium & Hachbergensium - Cod. Karlsruhe 3293 II 10

Gamans, Johannes

St. Peter auf dem Schwarzwald, 1758

Cap. III.

[urn:nbn:de:bsz:31-267058](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-267058)

Hermannus I. Badensis Pater et Avus Zeringij
Principes fuerunt.

Auctores testesque huius assertionis postulanti Franc.
Guillimannus in Habsburg. L. 5. p. 172. Hermannum,
qui inter Badenses primus fuit, fuisse secundum ejus
nominis inter Zeringenses Marchiones, ejusque Patrem
eodem Hermann nomine appellatum, Bertholdi I. Zerin-
gia Ducis filium, Bertholdi II. fratrem extitisse as-
serit. Ipsum et audiamus: Hermannus Marchio
Bertholdi Zeringensis frater haud inferiorum rerum
divinarum studio, et ejusdem tempestatis adeo fada,
surbida, profana, et impia laqueo ac despectu, quam
potuit secretissime, nullis omnino prater conjugem,
quo illi Hermannum II. filium et Successorem genuerat
a quo hodiegni Marchiones Badenses et Hochbergenses,
confiis et arbitris, cum eidem suam et communem
sobolem commendasset, Cluxiacum in Burgundia se
furriguit, Monachumque induit, &c. Ceterum veros,
ut ne sint, quibus id mirum videatur et novum, quod
ab hoc Hermanno et ejus filio cognomine Marchiones
Badenses et Hochbergenses, qui hodie in magnis opibus
et claritudine agitant, oriundos tradimus; enim
verò plerique omnes, qui nos scribendo de eorum origine
anteceperunt, diversum sentiunt, traduntque, Her-
mannum Verone Marchionem à Friderico I. Anobardo,
cui obses traditus erat, his primis regionibus impo-
situm, eundemque Imperatorem ex Comitatu Badensi
constituisse Marchionatum, et, ut diximus, Hermannum

18. Marchionem I. Quae sane contra veterum monu-
mentorum fidem et authoritatem ab ijs ficta et
reperita sunt, qui Principes ad inopia quoque atten-
tos et curiosos novitatis illecebris adlabundi eo gra-
tiores et ingeniosiores se fore confidunt, quo ab eorundem
origine, et, quam habent, regione longius exor-
tos et propagatos praedicant. Etenim Hermannum
III. Hermannii II. filium, Hermannii Monachi nepotem Clu-
niacensis nepotem multo prius, quam Fridericus Alex-
barbus ad Imperium venit, aut in Italiam iter ha-
buit, Badensem fuisse Marchionem manifeste offer-
dit Cunradi II. Imp. Diploma, in quo expressum eum
Hermannum Marchionem de Batta nominat &c.
Sed et Fridericus ipsemet Imperator nonne donationem
ab Antistita Crissteinensi factam Hermannio eidem
Marchioni Curis Baspinheim confirmavit anno
regni secundo? clarum ex Diplomate facto in eodem
loco Crasstein IV. idus Julij an. Dom. Incarn. MCI. III.
Ind. XIV. regni, ut diximus, secundo.

Quo tempore nondum Italiam cum exercitu intra-
verat, nec proinde Hermannum obsidem inde trans-
portaverat, multominus Marchia Badensi profecerat.

Imo an non verisimile est, Bertholdum I. Barba-
tum in filios, aut ipsos inter se hereditatem divi-
sisse, Bertholdo II. Ducis titulum et majorem partem,
Hermannio Marchionis, tanquam minori et dignitate
proximo, cum non penultima ditione attribui po-
tuisse, imo debuisse? negatur enim, ut plerumque,
Lazius, qui Hochbergensium Marchionum Ditionem
Bertholdo et Conrado Zeringiis adeptam Marchio-

nibus Veronensibus à Friderico I. tradita meminit, cum Ducem utrumque ad rebellionem proficisfisse; Vere, haec nuga sunt; Siquidem Conradus Dux Feri-
gensis, Hermannus Badensis patruelis, non toto tri-
mestri sub Barbarossa Imperio vixit, et amicum
habuit, et nec huius nec de Bertholdi proscriptione
ulla apud Chronologos mentio, sed pergit in rem
nostram Guillimanus: Duxit vero Hermannus II.
Juditham Badensem, qua cum ad eum Dominium Bra-
da detulisset, vulgo dedit causam vocandi Marchionis
Badensis, cum prius Marchionem se nullo alio titulo
indignaret: Eum postea titulum Hermannus III.
Juditha genitus assumptis quoque maternis armorum
insignibus maxime celebravit, et ad posterum trans-
portavit.

Eius vero de Veronensi titulo cap. praed. dixi, ad-
stipulatorem habent eundem Guillimanum; neque
tamen negaverim, inquit, Hermannum IV. Hermannus
III. filium sub eodem Friderico Marchionem se quoque, Ver-
onensem scripsisse, et Dominum Brada, sed Gubernationis
ea denominationis fuit, non Originis; Fridericum enim
Imp. everso funditus Mediolano, Comitatu Longobardia,
et in plures partes divisa singulis partibus, imo pene
urbibus, Germania Brocres profecisse, testantur
Italici Scriptores, imprimis Bernardinus Corius, quo
tempore Hermannus Marchionem Verona imposuit tan-
quam in beneficium arbitror, et plane mihi persuades,
quam deinceps in titulum adhibuit, et pauci post
eum retinuerunt, magis memoria quàm possessionis.

Concludit denique hic auctor, istam de Badensibus

20. Dissertationem his verbis: Sed hoc quoque haud
leve pretium erit, nobilissimam familiam ab
caeterorum injuriis, et variis ingeniorum ludi-
briis vindicare, tandemque veluti postliminio anti-
qua et avita Origini et dignitati, hoc est, sibi re-
stituisse.

Theodoricus Respordius, qui serenissimis Belgarum
Principibus Alberto et Isabella fuit a Secretis, et
Principum Habsburgo-Austriacorum Stema a neis
tabulis incisum sumptuoso opere vulgavit, quamvis
a Guillimanno in multis dissentiat, in hoc tamen
consentit, et de Bertholdi I. Zeringensis filius agens.
Hermannus, inquit, marchio: absque ullo alio titu-
lo: cognominatus, relicto mundo, monachum egit,
hujus filius Hermannus II. marchio Badenensis interfuit
Comitiis celebratis Basilea sub Imp. Othario II. anno
1129. aut 1130. quo etiam obiit.

Antonius Albizius, nobilis florentinus, in Stema-
tis Principum Christianorum fol. 41. edit. 2. ita scri-
bit: Hermannum dicunt Veronensem Comitem cum Fri-
derico I. Imp. ex Italia in Germaniam reversum ab eo
Imperij Marchionem factum, Amaltham Comitiss Hoch-
bergenfis filiam duxisse, ex quibus Marchiones Baden-
ses descendunt, etsi non desunt etiam, qui dicant,
Marchiones hos ex Italia cum Fridrico quidem venisse,
at Comitatum Hochbergicum ipsum Fridricum eis de-
disse, quem prius Zeringius ademerat; Verius est autem
ad Hermannum hunc jure hereditario Comitatum Hochberg.
pertinuisse, erat enim Bertholdi I. Ducis Zeringensis
ex uxore Beatrice filius, nepos Bezelini &c.

Uxor vero Hermannii Smutha non Hochbergensis sed
 ultimi Comitis Badensis fuit filia. Haec Albius la-
 tine editus Augustus Vindel. Cujus interpres, qui eadem
 nempe germanice edidit Argentino an. 1627. haud
 satis fideliter egit, omittendo totum illum paragraphum;
 verius autem est. &c. qua germanica editio sola in
 manus venerit viro Clar. Christophoro Besoldo supra
 cit. Unde in errantium numero, qui ab Italia
 Principes Badenses accersant, Albius reponit,
 non sine injuria.

Go. Pistorius, Niddanus, Principum Austria, Bava-
 ria, et Badensium Consiliarius s. cui vera investiga-
 tio et Descriptio Familiae Badensis, certo et splendido
 Salario constituto, commissa fuit. / inquit Besoldus,
 perleyteratis diligenter ac sedulo Hochbergensibus
 Archivis, vetustisq; litterarum monumentis de
 Hermanno I. Badensi sic scribit: Hermannus ante du-
 clam uxorem dictus Marchio in Limburg s. Castri in
 Brisiaea siti id nomen est. / año 1100. At postea Marchio,
 Dominus in Baden dicitur in literis Bertholdi II. Ducis
 Zeringia fratruelis, Bertholdi III. patruelis, Hermannii
 beate memoriae filius an. 1093. 1109. 1111. 1113. Testis
 in literis Murensibus fundator Praepositurae in Backenau
 anno 1116. obiit 1130. sepultus in Backenau.

De Patre ejusdem haec praemisera: Hermannus Marchio
 hoc titulo ab Henrico IV. Imp. honoratus fit Monachus
 et pastor pecorum Cluniaci. Obiit teste Bertholdo
 Constantiensi an. 1074. VII. Cal. Maj.

Fratri hujus Marchionis memorat Bertholdum II. Ducem
 Zeringia, et Gebhardum ex Monacho Hirsaugiensi Con-
 stantiacensem Episcopum.

22. Berchtoldus Constantiensis Chronographus, quem
citatur Bistorius, vixit eodem tempore, quo et isti Prin-
cipes, cumq[ue] Gebhardo, ut ipse de se proficitur, eodem
die ac loco Sacerdotio initiatus est, ipsum igitur, qui
hac optime scire potuit, audiamus: Hermannus,
inquit, Marchio, filius Bertholdi Ducis, Cluniaci
angelicam vitam perfectissime arripens, adhuc ado-
lescens, uxore et unico filio, et omnibus, quae possi-
derat, derelictis, vere monachus migravit ad Donum
VII. Cal. Maij. Sic iste auctor integerrime fidei
in appendice ad Chronicon Hermannii contracti
ad an. MLXXIV.

Urspergensis Abbas Cunradus in Chronico ad eundem
annum hoc brevissime annotat: Hermannus, Mar-
chio, filius Bertholdi Ducis, Monachus obiit.

Annales MS. Monasterij S. Petri in Silva Mercinica
haud procul Triburgo Brisgoviae à Petro Abbate collecti
an. 1497. de Fundatore suo, ejusq[ue] fratribus hac me-
morant: Berchtoldus hujus nominis II. dignus patre
haeres in Ducatu successit, qui nostri Canonij DEO
devotus cum fratre suo Gebhardo Const. Ep[iscop]o fundator
extitit; Frater vero eorum Hermannus in Marchio-
nem sublimatus est, quam dignitatem postea pro
DEO deseruit, clamoq[ue] fugiens Cluniacum, retit,
ibique occultatus habitu monachico usque ad finem
vita pauper Christi feliciter delituit. Eisdem in
Annalibus alicubi hic titulus paginae prefixus le-
gitur: Nomina Fundatorum hujus loci Monasterij
S. Petri in Mercinica Silva; Enumeratis deinde
Ducibus Zeringia ipsdem adjunguntur Hermannus
Marchio, Juditha uxor, Hermannus II. Marchio,

Hermannus III. Marchio, Gebhardus Dux de Zeringen 23.
et Epus Constantiensis.

Joan. Trithemius, Abbas Sponheimensis in Chronico
Hirsaugiensis Monasterij ad an. C. 1082. hæc scribit:
Fuit eodem tempore quidam Marchio potens et dives, no-
mine Hermannus, qui divino Spiritu attractus mundis
pro Dei amore cum omnibus rebus et pompis contemrens
occulteque fugiens, remine præter uxorem sciente ad
Monasterium Cluniacense divertit ignotus, assumptoque
a S. Hugone Abbate sanctæ Conversationis habitu pro
summi pastoris amore pastor pecorum ejus monasterij
factus est.

Sausarins in martyrologio gallicano VII. Cal. Maij
in Monasterio Cluniacensi Depositis D. Hermannæ, qui
Marchio Zeringensis charissima uxore, et unico filio,
amore Christi relicto, ibi monachus factus, omnique
virtute confirmatus, victor de mundo calcato ad Cæ-
lum, quo tanto desiderio aspiraverat, gloria æterna
Candidatus migravit.

Hieron. Gebvillerius in Commentariis de Origine Cænobij
Waldkirchensis, postquam Berchtoldi II. Ducis meminit,
cujus, inquit, frater Hermannus Marchio a Zeringen
cognominatus delicias mundi perlasus in Clunia-
censi Cænobio monastica vite studuit, mortuus anno Dni
1076. quo tempore Divus quoque Gebhardus dicti Hermannæ
frater, Constantiensis Ecclesie Antistes præfuit.

Ca. Zius et Henninges dum de Zeringis agunt, istud
etiã non reticent de Hermannæ, qui s. five ipsorum,
five Typographi errore: Carinthia Marchio, pro Zerin-
gia, illuc scribitur, est ab eo descendisse Badeses uterque
ignoravit, sicut et is, quem subiungo.

Jacobus Menlius juris Doctor, et Prof. Histor. Friburgenfi

24. in Academia, Maximiliano I. a consiliis in libro,
quem anno 1522. germanico idiomate edidit et in-
scripsit: Vonl = iind Heiligau Ding Pnyßas Maximi-
lians dilt Hordn-om; inter agnatos ejusdem Cesaris
Hermannum hunc connumerat, et de eo sic scribit:
Hermann Marquard zu Zwiringer und wylst binstubau
Berchtoldo Swindas ligh nfulit bngvrbau zu Dlinuar,
da ne gar nin Loblichas Minny garwofen ist.

Author libri an. 1649. Lutetia Parisiorum editi, cu-
jus inscriptio gallico idiomate haec est. La veritable
origine des tres illustres Maisons d'Alsace de Lorraine,
d'Autriche, de Bade, et de quantité d'autres &c.
Nomen Authoris a Typographo additum non est, quia
sic ipse noluit, ex relatione tamen Serenissimi Fer-
dinandi Maximiliani Principis Badensis, cui idem
author unum hujus operis exemplar, tanquam Prin-
cipi olim sibi Parisiis viso et noto transmisit: Di-
dici, virum esse religiosum magno existimationis,
quem vulgo le Pere Vignier appellant, hic, inquam,
p. 28. de Zeringis Ducibus agens, et Berchtoldi I. filios
enumerans in ijs Hermannum connumerat, describitq;
his verbis: Hermann Marquis ayant par un mou-
vement de Dieu extraordinaire quitte sa maison,
sa femme, ses enfans, ses biens, se retira au Monastere
de Clugny, ou il se fit berger, et honorant, par cette
vie inconnüe, celle de Jesus Christ, en la terre, il
mourut saintement, l'an . 1114. / error Typographicy
pro 1174. / Il aufit Espouse Judith reparatrice
ou nouvelle Fondatrice du Monastere de Hirsaughen &c
De hujus filio subjungit: Herman II. du nom, et
premier Marquis de Bade mourut l'an. 1130.

Nemo jam erit, opinor, qui tot auditis testibus, 25.
adhuc ambigat, num sint Badenses ex Zeringiis, sed
et præter istorum aliorumq; qui ad manus meas non
pervenerunt, authorum Testimonia non desunt hujus
rei evidentissima indicia, cum enim Castrum Zerin-
gense, ut Cap. sequenti videbimus, in agro Brisiaeo
vulgo Briscoviam dicimus: a Bertholdo I. constructum,
eag; tota regio in hujus potestate fuerit, tota similiter
ad Berchtoldum II. transfuset, si solus ipse paternorum
bonorum heres foret: Constat autem, non sic factum,
sed Brisiaeo bonam partem, interque alia locum ipsum,
in quo Bertholdus I. postremos vite annos exegit, Lim-
burgum, inquam, Castrum: ut paulo ante ex Bi-
sthorio didicimus: ac præterea Hochbergam, aliaque
loca munita, imo et Brisiaecum penes Hermannos
fuisse: produnt hoc numi e purissimo argento, per
ea tempora cusi, qui non ita pridem apud Sulzbergam,
nescio quo inter tuderam, sed magno numero post ali-
quot seculorum latebras reperti, ex una parte in-
scriptum nomen Hermannii exhibent, ex altera
Turris seu Castri effigiem cum his litteris PRISAC.

Hoc tamen oppidum natura loci munitissimum,
ad Zeringios postmodum rediisse, et in Berchtoldi V. po-
testate fuisse, non diffiteor. Post extinctum vero No-
verca scelere Zeringense nomen Briscovia iterum pars
magna, et ipsum Castrum Zeringianum Badensibus
sive Hochbergiis cespit, cujus rudera cum marmore
circumjecto hodieq; possident, pago ejusdem nominis,
qui ad radicem montis situs est, Wespenbergiorum
equestri familia beneficiario, ut opinor, jure trans-
scripto.

26. Quanam autem factum sit, ut Brisgoviam postea totam sibi jure deberi assererent Austriaci, pernegarent Badenses, et in supremo Dicasterio Imperij, quod Spira est, lis ea de re ageretur, etiamnum indeciso, non habeo, quod dicam, quia acta non vidi. Divisum interim retinent Brisiacensis agri imperium, et pars Austriaco, pars Badensi parit, avulso tamen Brisiaco, et in Tertij potestatem redacto.

Cap. IV.

Zeringij ex Habsburgiis.

Aventinus Annal. Boicorum L. 5. ex Ernesto Suevia Duce vel Gisala ꝑ. quam Viduam Conradus II. Imp. duxit; Zeringio Duces produisse vult, sed fundamento nullo.

Naucelerus Chronogr. volum. 2. generatione 38. narrat Friderici I. tempore fuisse virum nobilem Bertholdum de Zeringen, in cujus villa forte divertens ex itinere Imperator, et pernoctans laute habitus est, ideoque eum in Ducem et Principem sublimavit.

Latius Bertholdum Zeringio Creditorem Eberhardi illius filium facit, qui Ottoni I. rebellis praelio victus et Obeno submersus interierit, toto saeculo ꝑ. ne dicam celo ꝑ. errans, ut mox patebit.

Saniora Guillimannus lib. 4. Habsburgiaci circa Sinem, ubi de Landolo juniore seu Lancelino, quem alij Bezelinum vocant, Habsburgio agit. Reliquit hic moriens, inquit, ex Agnete Burgunda, Ruffensium, ut quidam volunt, Comitū stirpe oriunda, Bertholdum